



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 15. Etiam Domine. Ex opprobrio retulit mulier misericordiam, sicut Anna & Esther.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

craticula ignita exurit. Diuus Stephanum lapidi in grandine præfocant, hanc quoque mulierem asperâ repulsâ examinat, verbis amarioribus supplicem repellit. Hoc autem sonum factum est, ut graui pateat pulchritudo, & tritici laudetur a tinea non exesi fortitudo.

§. 15. Etiam Domine. Ex opprobrio retulit mulier misericordiam, sicut Anna & Elher.

39 **R**espondet mulier: Etiam Domine, nam & ea: eli edunt de micu, que cadunt de mensa dominorum suorum. Etiam Domine. Apertissima confessio, ut Deus illum exaudiat. Enucleat D. Augusti hæc Davidis verba: Vias meas enuntiaui, & exaudisti me. Ait, quod alii legant: Con. 10. Vias meas, ac communis habet lectio: Vias meas. Psal. 118. Quod significat: vias meas, continue: Confessus sum vias meas. Lubere modo prosequi, quanti relet in oratione perseuerantia, quam nos docet prudens illa negentrix: licet enim Deus nec s'ullibus, ut canes abigat, dum aliquid postulamus, animo non respondeamus, quinimo tum nouo clamore, nouo spiritu rehumanus animos, huius mulieris imitatores, quæ, quantum colligo, Davidis illa verba capiebat, qui ita quoque faciebat, & declarabat, inquit:

Ps. 76. 19. *Vocem meam ad Dominum clamavi &c. In die tribulationis mee Deum exquisiui, manibus meis, nocte contra eum.* Verba digna consideratione. Pari Marte (a) lectabam ego cum Deo, & me ipsum illi opponebam. Tangit hic luctum Jacob, in oratione illa tam feruente, quæ describit Spiritus sanctus per modum prægnantis lactæ contra Deum ipsum, in qua totam noctem impendebat: sic quoque tibi agendum, quando Deus postulata tibi negat. Redi de nouo, reduplica petitionem tuam. Hoc est:

Ps. 130. 4. *Noctem contra eum.* Attramen hoc omisso, dico, & auderem ego jurare, hanc Christum habuisse intentionem, dum mulierem tam duro repellit flagello, nimirum ut illa ex se sonum illum ederet sibi adeo pergratum. Deus amicus est sonitus, & sono benedictantis campanæ delectatur: Laudate eum in cymbaliu bene sonantibus. Ut autem campana sonum edat, oportet illam percutere, & tanto fortius percutis, quanto vis sonus altius audiat. Hæc Dei mens est, dum Sanctos suos tribulationibus grauius percutit. Hoc in lob volebat, quo-

circa tanto illum verberare percussit, ut quis dixerit, quod Deus eum conterere voluerit, ut suauem illum sonum intonaret: Dominus dedit. Tob. 2. 11. &c. Si bona suscepimus &c. Sonus Deo eiusque cælitibus tam gratus, quam diabolo terribilis, quo audito in fugam se dedit, victumque declarauit. Ob hoc hodie tam aspero campanam hæc verberare percussit, velut canem exprobrans, ut huius vi verberis, sonus ille tam canorus audiretur, quem scripti Angeli admittentur. Etiam Domine: nam & catelli. Nota, quæso, cælestem huius mulieris philosophiam, quæ, abijt (inquit D. Chrysostr.) ut animo fide, que desponderet, tanto opprobrio lacessita, quinimo illo audito, progrediebatur alacrior. Non solum eam non abegit dictorum asperitas, sed in maiorem glaciuitatem excitauit, & ex eadem calumnia, qua credebas illam omnino deiciendam, materiam sibi sumpsit nouæ fiducia, & spei fortioris, imo & ipsum Deum superandi, qui illam tali calumnia repulerat ignominiosam.

Tractatum edidit D. Chrysostr. Vbi cælestem item, de & admirabilem expendit Annæ mulieris sanctissimæ philosophiam, Sancti prophete Samuelis olim matris; qua exorsus est Spiritus sanctus libros Regum. In eam insurrexit in domino sua mulier superba Phenenna, quæ continuus opprobriis & quotidianis conatiis in eam grassabatur: eo quod nulla prole esset fecunda quod eo tempore maxima infelicitatis, imo & diuinæ maledictionis habebatur iudicium. Talibus itaque criminationibus pia mulier vulnerata, domo discedit, Dei tabernaculum adit, cuius tantis arumms medetur, ac in seipsum rogat misericordiam. Aliquantum temporis perfluit in oratione, nec pro votis exauditur, tanto feruore, tanto perseuerat affectu, ut facie & labiis varies edat gellus: & dum sibi à Domino sperat tanto malo remedium, ecce summus adest faccedos, qui illi. Hinc abito, fortis ebia: Vsq; quo ebria eris, digere paulisper vinum quod mades. O quale conuictum? crederem, omnem eius patientiam in ferocem peruertendam: Domine, exprobrat amula (inquit D. Chrysostr.) D. C. N. Venit in tabernaculum, & verberis asperis increpauit ipsam Sacerdos, effugerat domesticam tempestatem, venit in portum, & iustus inuenit ventus venit accipere edicamen. & vulnus exasperat u est. O quæ virgens occasio: licet enim semper tibi detur commotionis ratio, dum canino quis te dente persequitur, atque enim multo maior est, quando ea pateris, dum tristiori fato arummsque

D. C. N. Hom. 35. in Gen. Tom. 1.

Item, de fide. Anno 1. 2. 3. ad psal. To. 1. 2. 3.

1. Reg. 21. Tom. 1.

m. c.

miser absorberis, sicut ictus gratus ledit, quando ea parte infligitur, ubi vulnus seu tumor corpus affigit, Scitis, quemodov nimirum perturbati, ac in motu constituti, aduersus contumelias & conuicia sunt afflicti: dum enim perturbatio perturbations additur, ingentem & intolerabilem inducit commotionem. Hanc & etiam exaggerabat Dauid: aieus; Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Inuere nihilominus (horatur D. Ch. yfolt) huius mulieris diuinam virtutem, quæ lethalius Sacerdotis huius speculis impetra, non incedat cit, non commota obrectat sacerdoti, quinimo tota humilitate calumniam sustinet, & ex illa sibi viam sternit, vt id, quod desiderat, valeat impetrare. Et tiam me vituperasti Domine: Tu dicis; sed non meo sopita a dolore, & mortore consumpta luggo; qui tantus est, vt mihi cor medium diuidat, & ob hoc tuum supplex depreco suffragium. Hoc sacerdotis pectus emollitur, ita vt ei quidquid optabat misericors indulserit.

Subtilis hæc est philosophia, & eadem huius Chananae collaudatur, quæ eadem incedit viæ, dolore quippe concitata & domesticis agrata precellis, dæmone filiam suam male torquente, confugit ad Dei tabernaculum id est Christum orat, clamat, ingemiscit, suspirat, obtestatur, sed nec ei Christus respondet, & vbi tandem expectat pœnarum solamen, ecce summus sacerdos eam acriter verbo; foras canis, abigit, at vero o prudens mulier, quæ tantam humilis & tacita suscipit calumniam, inquit; Etiam Domine. Consentio Domine; quia ego canis sum: sed hoc ipsum esse canem, ius titulumque mihi præfigit, vt vel micam tuæ misericordie mihi præntendam, iam nunc animosior. Hoc enim canibus ius, nullus legat, micæ de mensa colligendi dec. denes. Insuper & modo iuræ præsumam, quod Christus hoc ei verbum non improperauerit, vt eam pudore confunderet, sed vt basin ei ac pedem præfigeret, & spei lux, ac præntentioni faceret stabile fundamentum. Ait Dominus per Isaiam Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Licet autem D. Iustin. Martyr exponat hæc verba iuxta aliam lectionem, vt diximus iam superius; tamen multo sciant, secundum nostram lectionem, sacramento. Sed o Domine, potius nunc videris mulierem hanc collapsam verbo vnico protinus contere, cum eam canem appelles. Quinimo sapienter admodum canem vocat, vt

eius non concedat fiducia, sed animos sumat & quiores; quod si me canem indigites, respoude Domine, quod sim: at propter hoc, & in hoc meam statuo fiduciam: Nam & canes li edunt de micis; accipit hoc cognomen, vt suæ præntentionis sustentaculum, & fiducia fundamentum.

Perdoctam composuit librum D. Cyprianus de modo quo sunt a nobis de manu Domini flagella recipienda: hunc prænotauit, De disciplina & habitu virginum, ac supponit illa libentius suscipienda voluntate, & quasi duabus manibus acceptanda; hoc enim (ipso interprete) intendit Dauid; Apprehendite disciplinam. Ratio vero ea est, quia hoc a nobis Deus præntendit, ut nostra peccata cognoscamus, quæ tunc veraciter cognoscimus, quando Dei flagella nobis propter hæc immittit, acceptamus, & ea nos, imo multo maiora mereri humiliter prostemur Ille qui iudicat, pœnam sibi a iudice iustam excedere culpam suam, & ab ea appellat, ei repugnat contradicit, hoc ipso proestatur, quod suam non credat culpam adeo grauem, vt illum iudex exaggerat.

Hinc oritur illa ceremonia, qua præceptores vtuntur, dum pueros virgis cedunt, & patres filios, dum nimirum eis iam calis virgas exhibent osculandas, quasi qui ista approbatione fateantur, id quod illis est dolori, vergere in eorum salutem, & quod ipsi illas virgas accepterit in culpæ suarum satisfactionem. Idcirco vult Deus, quando nos ob peccata nostra durius cedit, virgas exosculemur: Apprehendite disciplinam mouet Dauid, & in Hebræo (vt notat D. Hieron.) alii transferunt; Osculamini Osculamini virgas quibus Deus vos castigat, dicite; Etiam Domine. Sic est, Domine, hæc bene n erui. Hoc si egeris, poteris tibi his uti in tui remedium. O Domine, verum est, fateor, peccator sum, nec veniam mereor, hæc pœna peccatis meis multo est inferior. Etiam Domine. Attamen ius habent, Domine mi, peccatores; a tua iustitia digne castigati ad tuam misericordiam confugiendi, & eiusdem sibi micam arregandi Optime mihi conuenit, Domine, hæc infirmitas; non enim bene & ad salutem meam vsus sum pristina valetudine, quam te grauitate effendendo male impendi; Etiam Domine; sed, o Domine mi, ob hoc ipsum, quod est agere pro delictis meis penitentiam, succurre mihi, dignum & iustum est, Domine paupertatis flagellum, quod me ad micam panis reducis famelicentem, quia bona mea

Ecc 3: 13

I.
Peccator
ius habet
ad Dei
misericor
diam con
fugiendi.

in mundi dissipati vanitatibus. Etiam Domine. Verumtamen ut satisfacere possim illi, in quo te per illa offendit: subsidium meæ deprecor indigentia.

In pastor. p. 2. c. 6. Ps. 22. 4.

Hoc (inquit D. Gregor.) indicavit David his verbis: *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Dilectum est inquit ille, inter virgam & baculum, virga percotimus & ferimus, baculo vero sustentamur, innititur; *Virga percutimur, & baculo sustentamur.* Mirare Davidis philosophiam. Domine virga tua, quæ mihi baculus est, fuit mihi consolationi. Quid loqueris, quid o David argumentaris? Ex virga, quæ me ob peccata mea percutebat iustus index, compone mihi baculum, cui innitar, misericordiam tuam petiturus. An me doloribus atteris? His igitur mihi seruo, ut peccata dimittas, & præstes misericordiam. An me paupertate castigas? Illam accepto Deus meus, ut de manu tua, porro tu ille os, cui incumbit, media mihi conferre quibus mitigetur: *De necessitatibus meis erue me.* Hanc mulier hæc meretur laudem ait D. August. Dominus enim eam mordacis verbi percussit flagello, verumtamen ex eo sibi baculum erigit, cui innitatur, ut fidentius oret: *Quid autem? Nam illa hoc repulit? Suscepit humiliter conuictum, & minus beneficium.* Ita (inquit) Domine verum dicit: *prosum verum dicit, utique Domine, canis ego sum, sed & canes edunt &c.*

Ps. 22. 17. D. Aug. in illud Ps. 58. Fa-men pa- sicutur. Tom. 8.

41

Opportuna nobis ad hoc explicandum adest Regis Assueti Esther Regina charissima. Nulli licitum erat Regis Prælarum adire præsentiam, nisi ei quem rex vocasset nominatum, & qui aliter intrare præsumpsisset, reus capitis damnabatur, si Rex illi virgam signum clementiæ non porrexisset. Quis non stupeat iudicium esse clementiæ, quemquam virga percussit. Adit Regis præsentiam Esther non vocata, tota merore confecta, prostrata periculo, quod sibi, totique populo suo certius imminabat. Ut vero se rex illi declararet misericordem, *Extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu.* Quid ad hoc illa? Ambabus virgam colligens manibus magno affectu eam osculatur, & per hoc Rex regia usus est clementia, benigne per omnia eius se inclinans petitioni. Hoc tu quoque facito. Quid arbitraris, dum te Deus virga percussit tribulationis, signum esse animi in te conceitavi? Nequaquam, sed amoris ac clementiæ. Repetita iam sæpius est illa D. Pauli sententia: *Quem enim diligit Dominus, corripi, & quasi pater in filio complacet sibi.* Vnde & hanc elicit consequentiam quam D. Cypriae eleganter expendi: *Ergo si extra*

Esthe. 5. 1.

Hebr. cap. 12. 6. Apo. 3. 19.

disciplinam est, adulteri, & non filii. Num contra te Deus virgam extendit? num paupertate percussit? num infirmitate vlcerosa? num angustis, num molestis grauioribus? Osculamini disciplinam, virga eius summitatem, huic innitete, eam tota mentis accepta submissione, per hanc tuæ remedium deprecate necessitatis. Hinc illud, quod D. August. notat in electis Dei quo Deus eos acerbius flagellat eo de eius sperant misericordia securus, es flagella cum humilitate acceptando. Ad hoc exponit illa Davidis Regis verba: *In tribulatione dilatasti mihi.* An non aduertis, (quærit D. August.) quod quo sauius repetito verberare auri laminam percussit, eo magis extendatur? Ita iustorum corda, quo illa Deus ingeminatis percussit flagellis acerbius, eo creuit & extenditur in eis misericordie fiducia securior, & tanto certiori spe aluntur Dei dona recipiendi, quanto maiori submissione Dei virgam, taciti venerantur.

In Ps. 74. Ps. 44.

Optime in tem nostram D. Chrysof. disputans de publicano & Pharisæo, quos Christus refert in euangelio. Ambo ascenderunt in templum ut orarent, Pharisæus propius accedit ad altare suam exorditur orationem, quæ tota concluditur proprii sui ipsius laude, & grauidus in publicanum dicitur. *Deus gratus tibi ago, quod non sum sicut ceteri hominum, raptores, adulteri &c. velut etiam hic Publicanus.* Qui hinc ad templi ianuam adit precabundus, Quid respondit Publicanus? omni qua potuit humilitate suscepit & commat Pharisæi, *Percussit pectus suam dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.* q. d. Verum est, fator, quod mihi imponit Pharisæus: illo quippe peccatore, nihil præter scelera gero peccator omnium primus, quocirca illud percurio, quasi illis me opponens aduersarium. At tamen tua seruatur misericordia peccatoribus eis, qui te offendunt, tuam offers gratiam, tuæ viscera pietatis. Quid factum? fuit hoc unicum medium, quo faustum felixque obtinuit Placet, Publicanus. *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* D. Chrysof. intelligit quod dicere voluerit, illas sibi illatas à Pharisæo calumnias, & tacita submissione toleratas, suorum coram Deo præparasse peccatorum remissionem, *Vides (inquit) celeritatem, accepit opprobrium, & ablutit probrium, agnouit peccata, & ablutit peccata, & criminum accusa ius facta est illi criminum remissio, & hostis iustus, factus est beneficus.*

II. Peccatorum confessio Dei misericordiam co-tinet. D. Chry. Hem. 3. de Saul & David & Ho. 62. ad popu. Tom. 2. Luc. 12.

Si dicitur, si tunc hypocritæ nempe Pharisæi conuicta, humiliter acceptata tantum potuerint,

tuerint, ad Publicani criminum ablutionem: quanto plus poterunt de manu Domini flagella, de ore Domini opprobria in tuam sempiternam saluationem: Ex hac doctrina subtilem colligit D. Bern. conceptum, exponens hanc spiritus S. sententiam: *De stercore boum lapidabitur piger.* Quæ licet proposito nostro aliena videatur, illam tamen ingeniose declarat. Quid aruis campisque vtilius bouum stercore? Quid magis in terra beneficium præstare potest agricola, quam toram eius superficiem bouum stercore cooperire? Illo enim sic hinc inde desperso, tellus incalcescit, & fructus producit abundanter, infensaque copiosam. At si campi tam peruersæ foret qualitatæ, vt receptum ab agricola sterces in silices conuerteret durissimos, hoc in eius cederet detrimentum, efficeretque vt illud quoque bonum quantumcumque in illo foret feminatum, etiam si exaceret, exsiccaretur, langueret, deperiret. Ecce quid celestis intendat agricola, dum tibi labores, calumias & immittit infirmitatem: stercore tamenque mittit in campum tuum. Hæc stulti fors sinistra, quod stercore transuerat in lapides, his obduretur, & qua adhuc vigeat patientia, illam consumat, languentem spem deiecit, scintillas extinguat charitatis, unde vivit inquietus & exanimatus, desolatus. Tales vos accuso, qui tribulationibus a Deo permissis, & fecundo stercore impugnat, arefcitis, instar silium obdurefcitis, omni fructu steriles: & de vobis hæc fabula narratur, *De stercore boum lapidatus est piger.* Sapiens vero virque iustus, ambobus hoc ampicitur manibus, & tanto se fortius animat ad patientiam, ac de Dei misericordia fiduciam, quanto se percipit plus a Deo sumo illo stercoreari, quo fructus profert virtutum, flores odoratissimos, gratiarum inquam, actiones, vt alter Iob, vt mulier hæc *Chananæa.* Audiamus ergo D. Bern. Non ignoras, A. non firmum esse verbum increpatorum, verbum I. Petri improperit, &c. Sed impinguatur, qui increpatur Paulus, tu benignè accipit, mansuete respondet, &c.

§. 16. Mittere canibus. Attende, quod melior est canis viuus leone mortuo, & quod de tenebris Deus lucem aducit.

Am nunc intelligo (fateretur D. Augustinus) 42
difficilia illa verba, & quasi ænigma, quod Spiritus S. per os Salomonis præposuit. *Spes est in tenebris: melior est canis viuus leone mortuo.* Ita legi: D. Aug. quod vulgata nostra lectio ferbit: *Nemo est qui semper viuat, &c. melior est canis viuus leone mortuo.* Et licet lætæ hæc aliquibus non conueniat, alius autem satis est conformis, quod modo non vacat explanare. Subtiliter dicit Spiritus S. (ait D. Augustinus) *Spes est in tenebris, melior est canis viuus leone mortuo.* Leo viribus potens, populus suus iudaicus, de quo Iacob pater Carulus legitur *Iuda, ad paradum ascendit.* Leo adeo fortis, qui cunctas deuictrationes, & earum erat quasi Rex sicut leo omnium est animalium & satis patuit tempore Davidis & Salomonis, hinc cum Iſaias nominatur *Ariel*, id est, Dei Leo; quia vt talem cum omnes agnoscebant, seque illi subiciebant, vt populo, qui diuinitis pollebat viribus, quibus cum Deus præcæret extulerat. Modo vero mortuus erat ob peccata sua Leo iste generosus, & heri eum Christus vt talem reprehendit. Et sicut mortuo Sansonis leone inuentus est in ore eius fatus mellis, ita in ore populi huius iudaici, repertus est fatus Sacre Scripturæ. *Canis viuus mulier erat Chananæa*, hoc ei nomen Christus imponit, & se causam ipsa fateretur, vt canis, currit, latrat, ciuiat, & mouetur. Perpende, quod: *Melior est canis viuus leone mortuo.* Pluris enim valet illa sola, quam totus ille gregis Doctorum, Sacerdotum, ac Principum; & apud Deum plaris illa sola æstimatur; obsequio feruit fideliori, fide fateretur sublimiori, quam illi omnes coniunctim; si enim Christus ipse confessus fuerit dignioris meritum fuisse fidem Centurionis, quam ceterorum fides erat Iſraelitarum; idem vult intelligamus de hac muliere, cui us fidei ipse fuit tibicen altisonus, vt videbimus, quod inferior non fuit fide Centurionis. Obiicies, si tanti fidem hæc faciat Christus, qua ratione eam ita celet absconditam, & obsecuris contegat tenebris, vt ne vel minimus lucis eius radius eluceat? Omnes stellæ ei, obnubilantur; quia ei dum clamat nullus respondet: Apostolo pro illa mediatores Christus repellit, & tandem videas fidem suam obsequari,

accipere;